

Handwritten text on a small paper label at the top left corner of the book's spine.

B

V

W

AB
111111
111111

1. Γρηγορίου Νυσσηνου ἑξ ἑξακλῶν κατὰ ἐνωπιὰ νῦν προδιὰ τῆς.
2. Gregorij Nysseni ad Eustathiam et Ambrosiam, et Basiliscam, Epistola.
3. Πλάτωνος λόγων ἑξοχίων.
4. Λακταρίου περὶ τῆς πύθης καὶ τῆς πικροῦς ἐν διαβολῇ. cum epistola Casel. ad Ernestum ab
5. Caselij Epitaphios Ioann. Borcholdo perscriptus.
6. — — — — — Pindar, sive Magister dicendi.
7. Θεμισθίου περὶ φιλίας λόγος.
8. Caselij Νέος καὶ προδιὰ τῆς.
9. — — — — — De Nobilitate libellus.
10. — — — — — Παράδοξα duo in Educatione principum.
11. — — — — — Epistola de obitu Magni Zanoseij, ad Thomam Zanoseij filium.
12. Alberti Clampus Mulus Arcadius, et pauca alia poemata.
13. Laurent. Rhodomani Epos Manibus Magni Zanoseij, cum Epistolis aliquot Casel.
14. Theodori Adami Panegyricus solenni introducta Acad. Julia die habitus.
15. Bartholomaei Coppen Oratio funebris, de obitu princip. Frid. IV. Comit. Palatin.
16. Rudolphi Diepholdi Nona April. in Natal. 21 princip. Frid. Vlder. Duc. Brun.
17. Christophori Heidmanni Oratio de Verbo ac primo hominis bono.
18. Reditus in patriam ex peregrinatione aliquot annorum, Frid. Vlder. Duc. Brun.
19. Adami Luchtenij oratio in resignatione Magistratus scholast. ubi et de Calumnia.
20. — — — — — Programma de obitu Ioan. Carol. Caselij.
21. — — — — — programma de obitu Henrici Julij a Lippa.
22. — — — — — programma de obitu Fadus. Parcovij.
23. Tobiae Paumestteij epistola respons. ad litteras Ioan. Marselij.
24. Caselij epistola ad nuptias Henrici Julij Wittershajm.
25. Conradi Hornelij Epos, memoria Polycarpi Lysenij consecrat.
26. — — — — — Carmen ad nuptias Henningi von der Dörfelburg.
27. — — — — — Gratulatio Adamo Luchtenio de Restorata scripta.
28. — — — — — Carmen ad Simonem Struvium, in Ulmic. disput.
29. Quorundam doctorum virorum carmina Cornelio Martini scripta.
30. Conradi Rittershusij epistola ad Andream Paul. patricium Brunsvicenf.
31. Caselij epistola ad senatum Göttingensem.

Sequuntur et pauca alia materia quare titulos et auctores
huc ascribi e chartae angustia non passura erat.


Ad Amplifs. & Clarifs. Dominum
Consulem

M. JOHANNEM
RECCIUM,
Mœcenatem

STRENA
seu Natalis LIV.

à

MARTINO BAREMIO.
ANNO M. DC. XI.



GOSLARIAE,
Ex typographeio JOHANNIS VOGDII.

Ex Germanico rusticano

αἰνιγμα.

Monstrum ingens vidi gemino capite & pede seno :
Quatuor huic aures, totidē quoq; lumina fronti :
Nasus & os geminum : gemina aluus, at unica cauda.
Ianua forte patens exceptum horrore levabat.

Aliud αὐτόθεν.

Phryx habet auriparam : meliorem Thestylis : omni
Namq; die plusquam quattuor ova parit.

Indidem.

Πέντ' ἀπὶ ἐν δένδρει χλοερῶ πένθ' εὖρον ἀνακτες
ἐν δρέφ' ἕκαστ' ἀναξ· τέσσαρα μῶιωα λίπον.





Vnc etiam prima nobis redicre Kalenda,
Recci, ô dic mecum nunc quoq; vota Deo.
Huius enim unius donum est, quod vescimur aura
AEtheria, cupida præda negata neci.
Dena, quotus de te vel de me hoc quisq; putarit?
Lustra peracta tibi, dena peracta mihi.
Tota mihi accessit quinquennis Olympias: unus,
Et tibi quin eadem tota sit, annus abest.
Quid fuit, ut cum tot vix nostra atate sodales
Seclum amiserimus per deculustre bonos,
Robustosq; magis, tam leto pectore, sano
Corpore, morborum lugubriumq; rudi:
Nos reliqui simus, quorum tenuissima utriq;
Sapè valetudo, proxima morsq; fuit?
Ipse lubens, fateor, pro multis fata subissem:
Tam mihi iucundum vivere sapè fuit.
Noluit Orcus adhuc, toties licet usq; paratum:
Præcipuè, id morbi cum docuere graves.
Calculus extingvens, Pleuritis, Colica, nulla
Vtraq; dirarum mitior Eumenidum.
Cætera quid miseram loquar edulcantia vitam,
Ut summum exoptet quisq; subinde diem.
Sors tua non paulò melior fuit, utq; sit opto,
Duret & in Pyliis lætior usq; moras.
Quo magis ipse etiam lætaberis, ista malorum
Agmina quod dederit vincere posse Deus.
Quanquam nec tua te defecit portio, opinor:
Nullum etenim exortem calica pocula volunt.
Multaq; sunt nobis communia: mutua nobis
In parili casu sæpe querela fuit.

*Anna tibi coniux fuit, & spem præter adempta est:
Anna fuit coniux & mihi: adempta quoque est.
Filiolos aliquot dederat Deus, hosque recepit:
Nullos ille mihi: par etiam inde dolor.
Plura supervacuum reor addere: quotquot at illa,
Nos voluit clemens his superesse Deus.
Solamenque dedit bonus effugiumque: voluntas
Illius una bona est, una probanda fuit.
Quicquid stulta caro quandoque ogganniat: Vnum hoc,
Omni eius placito, tutius obsequium est.
Stulte & frustra aliquis pugnat: Morem ergo geramus,
Magnaque sit, quanquam gratia visa minor.
Non homines intelligimus quidnam utile, quid non:
Exitus acta Dei sola ait esse bona.
Sit laus huic etiam à nobis pia, sint pia vota:
Viuerè in hoc seculo quam dabit ipse diu.*

Kalendis Ianuarijs.

Adeundem.

E Loquar, an sileam: si fers, utrumque fatebor:
Dicere vera lubet, dicere vera pudet.
Non mihi talis hiems in vita contigit omni:
Non fuit ulla, itero, tam mihi tristis hiems.
Miraris, scio: nam quam fortiter omnia pridem
Frigora pertulerim, tu quoque testis eris.
Non calefacturos, quanquam quis cogeret, ignes
Admisi facile, aut ultrò etiam petii.
Gaudeo ferre puer frigus didicisse, neque ex hoc
Damni aliquid sensi pertimuisse prius.
Nunc aliquid timeo, postquam crudelior æquo
Huic capiti præsens esse videtur hiems.

Vt te-

*Vt tecum ò agitur carissime? lenius opto:
O felix, si nil quod queriteris, habes.
Nec nimis id mirum: tuamq; calentior ævo:
Me iam hiemem præter certa senectæ rapit.
Cor vegetum rebar, sed forte laborat & ipsum,
Atq; unà, ut sit hiems tam mihi dura, facit.
Quinta mihi hæc, post lustra decem, tam tetrica quam non
Vlla prior, speciem mortis & omen habet.
Nec quando me cunq; volet Deus, ire recuso:
Si dabit ulterius vivere, habebo lucrum.
Tu viva sq; tuis, toti ut longævus & urbi,
Hæc sunt cum primis vota suprema meis.*

Postridie Kal.

Alia.

Non mihi Martinus, quales venerè priores:
Namq; hiemem qualem non dedit ante, dedit.
Certè in festam hiemem, nec forsan læta minantem:
Quicquid erit, Christo dante, paratus ero.
Te melior semper tuus opto revisat Hyginus,
Et generis firmet REGIA signa tui.

Psalmus XXX.

Gratia magnatibi, cæliq; scilicet, saliq;
Conditor, & rerum singula quicquid habent.
Namq; tuum est, dudum quod non in pulvere turpi
Hæreo, sed celso vertice tango polum.
Hostica quod de me non dudum turba triumphat,
Lætãq; sustollit iubila, id omne tuum est.

A 3

Cum

Cum peterent diri caput hoc contagia morbi,
Ad tua confugi numina, sospes eram.
Ibat turba frequens Erebi male tristis ad undas,
Nec miser ipse aberam lurido ab amne procul.
Mersus eram penitus; tu me retro ipse trahebas
Supposita mento cuncti potente manu.
Exanimus vitam, per te viresq; recepi:
Lurida nox ierat, fulsit amœna dies.
Grates nunc omnes age mecum dicite alumni
Principis ætherii: cælo age clamor eat.
Oribus in patulis pariterq; in cordibus imis
Nil nisi divinum nomen honosq; sonet.
Nil satis ad tantam meritorum erit undiq; molem.
Laude omni maior gratia larga Dei.
Ah qui nos? digni non parte videlicet ulla,
Omni ira potius supplicioq; gravi.
Est cum incandescit, momentum dixeris ira:
At bonitas omni fine modoq; caret.
Contigit, ut madido traheretur vespera fletu:
Gaudia cum risu rettulit orta dies:
Dicebam memini, vultu fortuna benigno
Cum mihi rideret: cura timorq; vale.
Quod metuam, nihil est: tua me sic gratia fari
Iusserat, & per te fultaq; & aucta Sion.
Stulticiam sensi, vanumq; crepantia verba:
Retraxi vultus lumina blanda tui.
Extimui, doluiq; tuum movisse furorem
Sumq; tuam mœsta voce precatus opem.
Quæ vero utilitas neglecti sanguinis huius?
Quæ structiq; rogi, quæ tumuliq; mei?
Num cinis & pulvis tua facta fidemq; sonabunt?
Aptumne ad laudes putre cadaver erit.

Audi

*Audi, summe parens, miserum, miserere precantis
Et mihi, quam solus tu potes, affer opem.
Talia fatus eram, mox in nova gaudia luctum
Vertis, & exuto sacco hilarem esse iubes.
Ut pergam servire tibi, nec dicere cessem
Vel minimum laudes ore lyrae, tuas.*

ἠδὲ λαμπρόμακον Ἐπέρουσι.

IN CONSULATVM

Optimi, Amplissimi, Spectatissimiq; Viri,

Dn. ERNESTI SPIGELBERGII,
Mæcenatis Cl. in Imp.
Goslaria


Gratulatio

MARTINI BAREMII Pastoris ibidem
in Forensi.

Ex Psal. 89.

Ἐσπεται ἀλλ' ἔμοις ἦρας κρατὺς, ἔλ' ἀπαμιῶν,
ἔασε' ἀγαθὸς ἀνὴρ, παντὸς λεῶ' ἐξοχ' ἀνὴρ,
πιστὸς ἔμοι θεράπων, ἦλεψ' ἔο κρατὸς λίπ' ἐλαίω.
χείρ μου οἱ ἀρήξει, πηχὺς μου οἱ ἄλκαρ ὀπάσει.
νήπιον, ὅσκι' ἐθέλοι μάψ' πρὸς τόνδ' ἀντιφερίζειν.
οἰκέτι οἱ κακὰ τείξει, ἀπαξ μεμαῶς κακὰ τείχειν.
αὐτὸς ἐς ὧπα ἀφραίσω οἱ δῆια Φύλα.
ἔχ' ὅδε χάρι' ἀλιττοῖς, ἀλλ' οἶδ' ἔασοντα ἐκείνω.
αἰὲν ὀπιθήσο' οἱ ἐμὴ χάρις ἀτρεκίητε,
καμὸν τοῦτόμ' ἔθεν κέρας εἰς ἄκρον ὕψ' ἀέρσει.

Ampliss.



Ampliss. & Prudentissimo

Domino

ERNESTO SPIGELBERGIO,

NOVO CONSULI

S. P.

*Q*uiesce luctus, mæsta siste mœnia:
Pullos amictus pone, repete candidos
Goslaria: audivit preces pias Deus,
Pro Vetere datq; Consulem bonus Novum.
ERNESTVS hic est gente Spiglebergius,
Ævo minor: (sic namq; opus:) par cetera.
O quantum habere lumine extincto facem
Aliam ad manus, & mox tenebris eximi.
Speranda, quam conceperamus anxii,
Meliora: magnam hic namq; spem præbet sui.
Non nuper Vrbi cæpit innotescere
Huiusce virtus, indoles, vultus gravis,
Sermo suavis, commodi mores, tot &
Rerum scientia acris & peritia,
In omnibusq; iugis atq; industria
Fidelitas, & huic comes felicitas.
Tales Deus cum dat, cave neglexeris.
Talis diserto Magnus alter Tullio,
Muræna & alii, pulcra Romæ lumina.
Videre talem & hunc tot annos, civitas
Omnis: Senatus ipse: (pars huius fuit
Præcipua dudum:) maximè vidit Deus,
Quemq; in minore sedulum invenit, suo

Perdu-

Perduxit ipsum tempore ad fastigium.
Vnius huius namq; legere commodos
Seu publicæ seu cuius rei antistites.
Maçte ò decus prælustre familia tua,
ERNESTE, at Urbis universæ illustrius.
Agnosce, quam non fueris incassum pius,
Eorumq; satagens, quæ fuere credita.
Perge, & paratam iam vide adversariam
Longè ampliorem. Plura te iam vult Deus.
HOC fretus HOC solers AGE: haud erraveris.
Collega Magnus, quo superbit maxime
Augusta patria Reccius, lumen sacra
Et columnen Astræ, & chori sacri inclitum
Deerit nec ipse, nec Themistos Clinia
Ocellus alter, nec piorum cætera
Corona Procerum linquet optatum caput.
Sint uno oportet pectore, uno spiritu,
Rempublicam sartam atq; tectam qui volent.
Hoc dederis hic porro ò Deus, ter optime,
Ter maxime, unumq; esse fac compluria.
Da, namq; promisti, parens, & fac Deos
Nondum Deos. Da Fili, ut unà filii
Altissimi dignè esse semper cogitent.
Da Flamma Sancta amorem & æstus intimos.

Kal. Ianuarijs
Anno X.

B

Ampliss.

Ampliss. Clariss. Doctiss. & Con-
sultissimi Viri,
JOHANNIS RECCII,
in Imp. patria G. CON-
SVLIS,

NATALIS LIII

Gratulante

MB.

D*imidia functus consueti parte laboris,*
Ocia quo recreem parva teramq; modo?
Lux monet hiberno, quod ludam, præbita IANO:
RECCIO, ait, lucem doq; dedi, tuq;
Si rectè memini, iam Quinquagesimus annus
Tertius, aut certè proximus iste tibi est.
Nec tibi, quod dubito, sit mirum: nescio quot iam
Sacra annis luci non facis ulla tua.
Aut ego neglectus tibi sum. Postrema hilarem & me
Tunc sibi poscebant, & nisi fallor, eram.
Nec me ego neglectum queror: ô meritissime: Nosti
Quam mihi sit gratum posse manere domi.
Si non perrexti, queror, & quæ serior atas
Ferre solet, modo non exprobro lata tibi.
Nam quo queso aliquis letari tempore possit
Iustus: hoc si quis latior esse negat?
Lux que prima fuit, toties si lata recurrit,
Non meliore aliis excipienda modo?
Gratia nonne Deo lucis reddenda datori?
Num satis huic reddi gratia digna potest?

Cogita

Cogita & aequales, & longè atate minores:
 Quot tibi, quam subito, quot præiere mihi?
 Et quis non istorum & te robustior & me?
 Sæpe valetudo quantula nostra fuit?
 Non illis tot natales celebrare tributum est,
 Quot nobis dono suppetière Dei.
 Est ergo hæc bonitas non dissimulanda, sed omni
 Tempore, sed dignis concelebranda modis.
 Cui certus (non dico annus, mensive sequentes:)
 Vel vesper iam instans, mane vel, aio, novum?
 Nunc præsertim, omni momento lurida pestis
 Cum modo huic, modo huic tenuia fila secat.
 Nuper, ubi patriam viso, reduci ipse Calenus
 Dat manum adhuc sospes: nunc etiam ille fuit.
 Consule patre satus, patria spes altera, Consul:
 Quam vereor demto hoc affore grande malum!
 Serius an citius, noster decessit & Auctor,
 Ordinis haud quoquam fratre sui inferior.
 Admonet aequales ambos aequalis uterq;
 Immemores finis non nimis esse sui.
 Admonet ô quid non? Noscamus, Iane, moneri,
 Sitq; pios monitus non dare cura Notis.
 Gratia, CHRISTE, tibi, qui natalem hunc quoq; clemens
 Recciada latum das tetigisse meo.
 Scis qui noster amor iam inde à puerilibus annis:
 Fac idem oblectet nunc amor ille senes.
 Scis merita unius, cum me omnes naufragum amici
 Desererent: ô da præmia digna viro.
 Da precor hunc etiam superet feliciter annum,
 IANVS & hic IANO sæpe bonus redeat.

Corditus & medullitus Feria III. Natalitia
 Anni X.

Ἐπιγραμμάτια paucula,

Ex Nazianzeno

Ἐχὴ ἐωθινή.

MAne est. Manum Deo fidemq; do, nihil
Tenebricosum facere cogitareve
Sed consecrare maximè tibi hunc diem,
Inmotus atq; affectuq; meorum herus. *um*
Si sim prophanus, quantus hic pudor senis?
Quantus sacra mensa, cui asto servulus?
Hic Christe conatus meus: tu prospera.

Ἐ αὐτῷ ἐσπερήνῃ.

Mentitus sum te Christe: nam tu Veritas:
Tibi hunc sacrare quando praesumsi diem.
Non excipit me lucidum nox omnia.
Erat prece hoc quoq; in mea, rebarq; ita.
Sed est, mei impègere quo rursus pedes.
Caligo nam venit salutis calamitas.
Accende lumen, Christe: visus denuo.

ἄλλο.

Præceptor, obruunt graves fluctus tuum me
Alumnum: ò expergiscere, antequam enecer.
Tantum iube: mox nulla tempestas erit.

ἄλλο εἰς ἑαυτόν.

Ex quo ad Deum accessi relicto seculo
Multis agor magnisq; tempestatibus.
Flat namq; livor undiq; adversum, à Deo
Porricere & unà me tenebrionem avens.
Namq; unde amici non amici; aq; improbi;

Vnum

Vnum omnes sunt, ex aquo agentes nequiter.
Vnde iste de me rumor apud extraneos
Tanta Vrbi, & hinc semper lucrato plurimum
Quam primam ego novi omnium Orientalium.
Morbo impetitus atq; sociis sum malis.
Examen hoc, opinor, est: placet. tua
Tantummodo sim Christe consors gloria,
Sitæ invidentiam supra omnem gloria.

αὐτόθεν.

Vivo atq; vixi. Quis sapit? diiudicet.
Sum mortuus anima, prævalere vult caro.
Quin anima vivat, potius exspiret caro.

Ex historia Danielis.

Effera anhelorum proiectus ad ora leonum,
Principis edicto quid opis sperabat Hebraus?
Quid nisi quod magni manus haud breviata Iehovæ,
Qui quondam imperio unius parere Noachi
Non tunc omne genus tantum, cui vita manebat,
Sed pardos ursosq; feros dirosq; leones
Et rapidas tigres & peior bestior siqua est,
Iussisset; misero iussurum parcere & istos.
Nec secus euenit. Posita feritate leones
Nec tetigere virum; potius iuvare precantem.
Fac vereare Deum, totoq; huic pectore fidas,
Ipse quoq; effugies, quod erit tibi cunq; pericli.

Christe dex du bist Ag. vnd S.

Christe Deus verus verusq; homo, quæsumus oda
Vt tua mors nobis vita sit atq; salus.
Per tibi quæ nostræ fecerunt vulnera culpa,
Fac merito simus turbula iusta tuo.

COGNOSCIMUS.

*Peccamus miseri, nimis & peccasse fatemur,
Proq; vocasse ira fulmina iusta tua.
Optare audemus veniam nullamq; meremur:
Ipse tuam lapsis porrige Christe manum.
Suscipe ceu socium crucis ausa nefanda gementem,
Hedonia & tempe morte reclude tua.*

In peste precati iuncula.

*Qui tres in flamma testes Babylonide servas,
Nos quoq; servare hoc pestili in igne potes,
Respice non sordes nostras & crimina tetra:
Nil pœnae his iusto grandius esse potest.
Respice quæ primo lapsis tua gratia ab ævo,
De lapsu ex animo qui doluere, fuit.
Respice dilecti meritum haud æquabile Nati:
Nil culpæ huic nimio grandius esse potest.
Da flatum auxiliumq; tuum: non illius absq;
Numine nos sanctè vivere posse liquet.
Sic te sanctè pater, sic te unice Nate colemus,
Sic & te vita Spiritus alme pia.*

EXI. Tim. 2.

*Da Casari, da Regibus,
Nec non eparchis omnibus
Optabilem concordiam
Et rectionem prosperam.
Muniti ut illorum fide,
Cives quietè, commode,
Piè ac honestè vivere
Queamus omni tempore.*

Sum-

*Summo patri cum Filio
Cum Spiritu Sanctissimo.
Triumphus & victoria
Et sempiterna gloria.*

Ex Anthologia.

Palladæ.

*Morti debemur, quotquot sumus, illeq; nusquam est,
Qui sciat, an possit crastinus esse super.
Hoc oculis ð quisq; videns exporrige frontem,
Ac leti lato pelle metum Bromio.
Latere ac saltâ, cui sæpe diecula vita est:
Cætera fac nutu sors regat ipsa suo.*

Alcæi.

*Iste via iunctus cur ði solumq; duplumq;
Sit lapis inscriptus, querere fert animus.
An cubat hoc igitur tumulo sita, nomine quadam
Chilias; hoc numerus namq; coactus habet.
An fallor, bustumq; habitat miserabile Phidis?
Nunc Sphyngris griphos Oedipus exposui
Laudandus, qui litterularum ænigma duarum
Evolui, doctis perspicuum haud rudibus.*

αδελφωτον.

*Callicratea viro viginti enixa novemq;
Non ullo aut ulla sum viduata parens.
Quin & centum annos atq; ultra quinq; peregi
Haud tremulam baculi robore nixa manum.*

Luci-

Lucilij.

u Volatilem illum Hermen Deorum nuncium,
Illum Arcadium Regem atq; abactorem boum,
Illum palaestra constitutum Episcopum,
Illum auferens nocturnus Aulus hæc ait: *n*
Præstant magistris sæpe discipuli suis.

Palladæ.

Occurrebat heri mæsto Victoria vultu
Cuidam: mox. ô quid tristis es? ille. refert.
At Dea iudicium graviter culpæ sinistrum,
Ac flens: an nescis? Sum data Patricio.
Vsq; adeo male fert Victoria, se quod ad instar
Venti raptarit nauis Patricius. *t*

ἄδηλον εἰς Φαίδωνα πλάτωνος νοθεύματα
ὑπὸ πανατίας.

Ni Plato me scripsit, Plato vixerit alter oportet;
Nam flos in me omnis Socratici Eloquii.
Sed me eius negat esse Panatius, ausus utrunq;
Mortalemq; animum dicere, meq; nothum.

Obscuritatis affectatio.

Scribere vix longo capienda labore neq; ars est,
Perditioq; rei, cui nihil æquivalens.
Invidia infelix in seq; & forte legentem
Qui sapit, huic primus sufficit intuitus.
Laudo illum qui versificans rosisse nec unguis
Afferit, ô felix, nec fricuisse caput.

Ad

Ad M. N.

*Iliados supplementum qui scripsit Homeri,
Quintus ais Calaber non fuit, aio fuit.
Autor ais Smyrnaeus erat, praenomine, Cointus;
Ille tuus Cointus quis nisi Quintus erat?
Sic κῆρατος Quartus: Cyrenius (en tibi nomen
Plus quoq; corruptum:) nonne Quirinus erat?
Non aliter Graii: Smyrnaeum valdius urges?
Credo equidem Calabris & sua Smyrna fuit.*

Idiotismus.

*Forte inter iuvenes doctos idiota bibebat:
More hinc inde frequens itq; reditq; Salus.
Ille suum hoc nomen faciens, Erratis amici:
Non ego namq; Salus: audio Clausus, ait.*

αὐταρχῆς.

*Rite suo scribam perfunctum munere laudat
Ac precio posthac Rex meliore beat.
Ne quaeso, ille ait: in multam iam nunc bibo noctem:
Si mihi plura dabis, cogar adusq; diem.*

μη δὲ vixns.

*Re quasi praeclare gesta letaris ovasq;
Vix benere caepa (scis etenim) ah quid ovas?*

Ex ↓. 85 Erasmi.

*Cum te indigna pati quereris, non ad Dominum, sed
Adversus Dominum vota precesq; facis.*

Date & dabitur.

*Do stipis era tibi: reddi hac mihi mille precaris:
Vsura horrenda est. M. Sed placet illa Deo.*

Nec

*Nec placet hæc tantum: Spondet pro talibus idem,
Fœnoris & fraudem largiter ipse luit.*

Das gibt der H. Adel nicht nach.

*Certa secutura dum narrat gaudia vite,
Attigerat præter cætera pastor & hoc:
Rusticus & Baro nullo hîc discrimine agentur,
Atq; erit in precio servus herusq; pari.
Mox ut idem monitus repetit sub prandia: at istud
Cimbrica nobilitas non feret, inquit hera.*

Papa.

*Sit Divus, modo ne vivus: Caracalla fremebat,
Placandi manes quando ita fratris erant.
Sic Papa de Quarto: Sit Magnus, dummodo nullus:
Sit Caracalla igitur: quomodo namq; Petrus?*

Ad I. D. Catholicum.

*Dicebam Caipham, debebas dicere Kepham
Inquis Romanum Iane Duinge Papam.
Fare age qui vere Caiphas, qui nomine Kephas;
Cur potius Kephas, non potius Caiphas.*

Ad eundem.

*Zelus, non scelus est, quod Ἰησοῦ οἴτος ὀμιλος
Infandum inq; homines perpetrat inq; Deum.*

*Ad quosdam confidentes quod essent
opulenti. &c.*

*Vidi ego florentem iuvenem, vidistis & ipsi:
Quinquaginta illi millia plusq; parens
Liquerat: hinc rediens satis ampla usura quotannis
Non satis ad sumtum, quem faciebat, erat.
Cogebatur homo sortem ipsam carpere: dena
Quaq; vice in sumtum millia sufficiunt.*

Mutetæ

Mutata expectas finem: est hac summa ca-
tas:
Nam mendicatio pascitur ille cibo.
Desinite, o fratres, sperare perennia, quæ vix
Tantumdem, heredes cum fueritis, erunt.

Glorificare.

Cum juvene ut tandem pacatius Olda marito
Viveret, immanes effugeretq; manus:
Netricem conducebat pulcramq; piamq;
Nullaq; ab hoc ipsis tempore rixa fuit.
Suspicio cum nescio quæ circum iret, at hæc est
Glos mea, dicebat provida pacis anus.
Nequam hominum expulso Dominum glorificat, aßt
hæc
Vtile scortillum glorificabat anus.

Ταχυπειθής.

Livida quæ defert tibi cunq; Calumnia, credis
Protinus, & contra visq; capisq; nihil.
Vsq; adeo nugæ furuo ex Acheronte refuse
Præ nitida veri simplicitate juvant.
Mirarer, nimio nisi notior esset, abundas
Reliquias viri qui facit ipse sui.

C 2

Propha-

Prophanitas Pharisaica Luc. 8.

*Neutra tibi ad verum patet, ad falsum patet auris
Utraq; sic punit corda prophana Deus.
Ut nec visa oculis videant, audita remittant,
Et soli ut sapiant omnia, nil sapiant.*

Μισῶ σοφιστῶν ἕστῃς ἔ ΧΡΙΣΤΟΝ σοφός.




155592

X2204159

VD 17







40.

Ad Amplifs. & Clarifs. Dominum
Consulem
M. JOHANNEM
RECCIUM,
Mœcenatem.

STRENA
seu Natalis LIV.

à
MARTINO BAREMIO.
ANNO M. DC. XI.



GOSLARIAE,
Ex typographeio JOHANNIS VOGDII.

